B Ostentabile est quod certare ı demonstratione constringit sicut cicero in catilinam. hic tamen uiuit immo &iam in senatum uenit.

Γ Sententiabile est quod sententia generalis addidicit ut apud terentium obsequium amicos ueritas odium parit.

Δ Exemplabile est quod alicuius euenta conparatione. euentum simile comminatur sicut cicero in philippicis dicit. Te miror antoni quorum exempla imitaris eorum exitus nonperamescere.

E Collectiuum est cum in unum quae argumentata sunt colliguntur sicut ait cicero pro milone. quem igitur cum gratia noluit hunc uoluit cum aliquorum querella quem iure quem loco quem tempore non est ausus hunc iniuria alieno tempore cum periculo capitis non dubitauit occidere.

PRAETEREA ENTHIMEMATIS SECUNDUM UICTORINUM altera definitio ex sola propositione sicut iam dictum est ita constat.

A Enthymema ut est illud si tempestas uitanda est non est nauigatio requirenda.

B Ex sola adsumptione ut est illud sunt autem qui mundum dicant sine diuina administratione discurrere

Γ Ex sola conclusione ut est illud. uera est igitur diuina scientia.

Δ Ex propositione & adsumptione ut est illud si inimicus est